pena ꝑambulat ſemp. Nota ꝙ hi quibus
mala doctrina et exempla et res iniuſte
derelicta ſunt et pena eorū que relinquū
tur ſemper augetur in inferno. ſed maxime
cū tales ad eos deſcenderint cruciabuntur
plus ꝙ ſi rotarentur vel in crate cōbure=
rentur. Mathei. Inſurgunt filii in parentes
et morte eos afficient. C ¶ Quarti quo
rum pena augetur ſunt mali conſiliarii qui
in iſta theolonea vel aduocacias inuenerūt
exactiōnes. Hi damnati proferunt tres
clamores lamētabiles in die iudicii primo
clamabunt a. a. a. Primum a ꝓpter pecca=
tum cogitacōnis. Secundum a ꝓpter pctīn
locucōnis. Tercium a ꝓpter peccatum opa
cionis. Vel quia peccauerūt in patrem ⁊ fi
liū et ſpiritūſanctū. ¶ Secundo clamabūt
triplex ve. primū ve in viſione qn̄ videbūt
in quem cōfixerunt. ſcdm ve in cōparacōne
qn̄ eis diſtrict⁹ iudex imperabit peccata eo
rū dicēs. Eſuriui ⁊c. Terciū ve i maledicti=
one qn̄ dicet. ite maledicti. ¶ Tercō clama
būt o. o. o. primū o ꝓpt magnitudinē ſuppli=
ciorū. ſcdm o ꝓpt multitudinē demonū puni
entiū. terciū o ꝓpt diuturnitatē etnitatem
penarū a quibus nos cuſtodiat ihesus xpus.
Qd vt fiat ſcindite corda veſtra ſcdm Bern.
et nō veſtimenta veſtra cultello cui⁹ ma=
nubriū erit de ligno crucis. ferrū de clauis
quibus affixus eſt dominus cruci. calibs de
lancea qua apertum eſt latus domi amen.

cc.

## ¶ Sermo tercius.

Beatus qui intelligit ſup ege=
num et pauperem in die ma
la liberabit eum dominus ps
Memoria omniū fidelium de=
functorum hac die ab eccl'ia i
ſtituta eſt fieri vt generalibꝫ bn̄ficiis adiu
uentur qui ſpēalia nō hn̄t. In vbis igit̄ p=
miſſis ꝓ agētibꝫ pie meoriā agētibꝫ defun
ctorū duo notant̄. primo eorū meritum ibi
Beat⁹ q itelligit ſup egenū ⁊ paupē. ſcdo
eorū p̄miū ibi. in die mala liberabit eū dn̄s
Libenter eīn debem⁹ ipendere ſuffragia
defunctis maxime in purgatorio exn̄tibus
qꝛ damnatis in inferno nō pſunt et beati i
celo nō indigent. Sciendū tamē ꝙ ſancta
⁊ ſalubris eſt cogitacō ꝓ defunctis exorare
Nulla orō ꝓ defunctis facta ē vacua. quia
ſi ſunt in purgatorio prodeſt eis ad ſalutē
ſi ſunt i celo ꝓdeſt eis ad honorē ⁊ orabūt
ꝓ nobis. Si ſunt in inferno licet non ꝓſic
eis ꝓdeſt tamē aliis in purgatorio degen
tibꝫ. prodeſt etiam ipi facienti ad meritum
Unde orare ꝓ mortuis ſemper eſt vtile.

B ¶ Circa exn̄tes ergo i purgatorio quīqꝫ
ſunt notāda. Primo qui ſunt illi q ad pur=
gatoriū deſcendūt. Secundo p quos pur=
gant̄. Tercō vbi purgant̄. Quarto q ſunt
ſuffragia defūctorū. Qnto qlibꝫ hoibꝫ cum
euolant celū ꝓtin⁹ apit̄. ¶ Quantū ad p=
mū ſciēdū ꝙ eorū q purgent̄ tria ſūt gene
ra. Primi ſūt q ſatiſfactōne ſibi iniūcta non
dum completa decedūt tamē ſi tantā cor
dis haberent contricōnem que ad delendū
peccatum ſufficeret liberi ad vitam tran=
ſirent. etiam ſi ſatiſfactōnē nō opleuiſſent
quia contricō maxima eſt ꝓ peccatis ſatiſ=
factio ⁊ maxia peccati delecō. Hieronim⁹
Apud deum non tam valet menſura tepis
ꝙ doloris. nec tā abſtinētia ciborū ꝙ mor=
tificacō vicīorū. ſꝫ qui ab eo nō conterūtur
et ante explecōnem pn̄ie moriuntur igne
purgatorii grauiſſime puniūtur. niſi forte i
eorū ſatiſfactio ab aliquibus caris ſuis pf
cienda aſſumatur. Ad hoc tamen ꝙ p̄dicta
cōmutacō valeat quatuor requirūtur. Pri=
mum eſt ex parte cōmutātis. ſcꝫ ei⁹ auctas
que de auctoritate ſacerdotis fieri debet.
Secundū eſt ex parte illi⁹ pro quo fit co=
mutacō. ſcꝫ eius neceſſitas quia in tali ſta
tu debet eſſe ꝙ p ſe ſatiſfacere non valeat
ſed adiuuari indigeat. Terciū eſt ex pte
illi⁹ in quē fit cōmutacō. ſ. caritas qꝛ neceſ
ſe ē ipm eſſe i caritate q faciat ipā ſatiſfa
ctōnē eſſe meritoriā ⁊ ſatiſfactoriā. Quar
tū ē ex pte pene. ſ. debita ꝓporcōnalitas q
ſcꝫ minor pena cōmutet̄ in maiorē / qꝛ pl⁹
ſatiſfacit deo pena ꝓpria qm aliena. Eſt
enim triplex pena. Prima eſt ꝓpria et vo=
luntaria et hec maxime ſatiſfacit. Secūda
eſt ꝓpa et nō volūtaria que eſt in purgato
rio. Tercia eſt voluntaria ſed non ꝓpa. ſicut
eſt in predicta cōmutacōne et hec min⁹ ſa=
tiſfecit ꝙ prima. ex eo quod nō eſt ꝓpa pl⁹
tamen ꝙ ſcda ex eo ꝙ eſt voluntaria. Ve=
rū tamen ſi iſte ꝓ quo ſatiſfactio eſt aſſūp=
ta. decebit tamen vt in purgatorio crucia=
tur ſed tamē per penam quā ipe ſuſtinet ⁊
quā alii ꝓ eo ſoluūt cici⁹ liberat̄. qm dn̄s ⁊
penam ſuam et penam illorum in ſortē cō
putat. Unde ſi debuit ſuſtinere penā duo
rum menſium taliter poterit adiuuari ꝙ li
berabitur primo menſe. nunq̄m tamen in=
de eripitur quouſqꝫ debitum ſit ſolutum.
Quo ſoluto ill⁹ quod ſoluitur deinceps eſt
illius qui facit et in ſinum eius conuertitur
et ſi ipſe non indiget conuertitur in ſinum
eccleſie. vel valet aliis qui in purgatorio
ſunt. ¶ Secūdo qui ad purgatorium deſcē
dant ſunt qui ſatiſfactōnem iniūctam com=
pleuerunt. ſed tamen illa pn̄ia ignorantia

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0388
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt